ἐνδέχεται γὰρ καὶ εἶναι καὶ γίγνεσθαι ὅμοιον ὁτιοῦν, καὶ μὴ εἰκαζόμενον πρὸς ἐκεῖνο· ὥστε καὶ ὄντος Σωκράτους καὶ μὴ ὄντος, γένοιτ' ἂν οἷός περ Σωκράτης· ὁμοίως δὲ δῆλον, ὅτι κἂν εἰ ἦν ὁ Σωκράτης ἀΐδιος. ἔσται τε πλείω παραδείγματα τοῦ αὐτοῦ· ὥστε καὶ εἴδη, οἷον, τὸ ἄνθρωπος, τὸ ζῷον, τὸ δίπουν, ἅμα δὲ καὶ τὸ αὐτὸ ἄνθρωπος. ἔτι οὐ μόνον τῶν αἰσθητῶν παραδείγματα τὰ εἴδη, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν, οἷον τὸ γένος, ὡς γένος εἰδῶν· ὥστε τὸ αὐτὸ ἔσται παράδειγμα καὶ εἰκών. ἔτι δόξειεν ἂν ἀδύνατον εἶναι χωρὶς τὴν οὐσίαν, καὶ οὗ ἡ οὐσία. ὥστε πῶς ἂν αἱ ἰδέαι οὐσίαι τῶν πραγμάτων οὖσαι, χωρὶς εἶεν; ἐν δὲ τῷ Φαίδωνι οὕτω λέγεται, ὡς καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ γίγνεσθαι αἴτια τὰ εἴδη ἐστί. καίτοι τῶν εἰδῶν ὄντων, ὅμως οὐ γίγνεται τὰ μετέχοντα, ἂν μὴ ᾖ τὸ κινῆσον· καὶ πολλὰ γίγνεται ἕτερα, οἷον οἰκία, καὶ δακτύλιος, ὧν οὔ φαμεν εἴδη εἶναι. ὥστε δῆλον ὅτι ἐνδέχεται καὶ τἄλλα καὶ εἶναι καὶ γίγνεσθαι, καὶ διὰ τοιαύτας αἰτίας, οἵας καὶ τὰ ῥηθέντα νῦν. ἔτι εἴπερ εἰσὶν ἀριθμοὶ τὰ εἴδη, πῶς αἴτιοι ἔσονται; πότερον ὅτι ἕτεροι ἀριθμοί εἰσι τὰ ὄντα; οἷον, ὁδὶ μὲν ἄνθρωπος ἀριθμός, ὁδὶ δὲ Σωκράτης, ὁδὶ δὲ Καλλίας. τί οὖν ἐκεῖνοι τούτοις αἴτιοί εἰσιν; οὐδὲ γὰρ εἰ οἱ μὲν ἀΐδιοι, οἱ δὲ μή, οὐδὲν διοίσει. εἰ δὲ ὅτι λόγοι ἀριθμῶν τὰ ἐνταῦθα, οἷον ἡ συμφωνία, δῆλον ὅτι ἔσται ἕν γέ τι ὧν εἰσὶ λόγοι. εἰ δὴ τοῦτο ἡ ὕλη, φανερὸν ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ ἀριθμοὶ λόγοι τινὲς ἔσονται ἑτέρου πρὸς ἕτερον. λέγω δὲ οἷον, εἰ ἔστιν ὁ Καλλίας λόγος ἐν ἀριθμοῖς πυρὸς καὶ γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ ἀέρος, καὶ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος, ἄλλων τινῶν ὑποκειμένων ἔσται· καὶ ἡ ἰδέα ἀριθμὸς καὶ αὐτὸ ἄνθρωπος, εἴτε ἀριθμός τις ὢν εἴτε μή, ὅμως ἔσται λόγος ἐν ἀριθμοῖς τινῶν, καὶ οὐκ ἀριθμός· καὶ οὐκ ἔσται τις διὰ ταῦτα ὁ ἀριθμός. ἔτι ἐκ πολλῶν ἀριθμῶν εἷς ἀριθμὸς γίγνεται, ἐξ εἰδῶν δὲ ἓν εἶδος πῶς; εἰ δὲ μὴ ἐξ αὐτῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀναρίθμων, οἷον ἐν τῇ μυριάδι, πῶς ἔχουσιν αἱ μονάδες; εἴτε γὰρ ὁμοειδεῖς, πολλὰ συμβήσεται ἄτοπα· εἴτε μὴ ὁμοειδεῖς, μήτε αἱ αὐταὶ ἀλλήλαις, μήτε αἱ ἄλλαι πᾶσαι πάσαις. τίνι γὰρ διοίσουσιν ἀπαθεῖς οὖσαι; οὔτε γὰρ εὔλογα ταῦτα, οὔτε ὁμολογούμενα τῇ νοήσει. ἔτι δὲ ἀναγκαῖον ἕτερόν τι γένος ἀριθμοῦ κατασκευάζειν,

A Poſſibile enim eſt & eſſe, & fieri quodcunque ſimile, etiam non ad illius imaginem. Quare & exiſtente Socrate, & non exiſtente, fiet vtique qualis Socrates eſt, ſimiliter autem etiam ſi Socrates ſempiternus eſſet. At eiuſdem erunt plura exemplaria: ergo etiam ſpecies: veluti hominis, animal, & bipes, ſimul autem & idealis homo. Item non ſolùm ſenſibilium exemplaria ſpecies erunt, verùm etiam i-
B pſarum (vtputa genus, tãquam genus) ſpecierum. Quare idem erit exemplar & imago. Item, videri poſſit impoſſibile eſſe ſeparatam ſubſtantiam, & cuius eſt ſubſtantia. Quare quomodo ideę, cùm rerum ſubſtantiæ ſint, ſeparatæ fuerint? In Phædone ita dicitur, quod tum ipſius eſſe, tum ipſius fieri ſpecies cauſæ ſunt: quanquam ſpeciebus exiſtentibus, non tamen participantia fiunt, ſi non ſit, quod moueat. At multa alia fiunt velut domus, aut annulus,
C quorum non dicimus eſſe ſpecies. Quare patet poſſe contingere cætera quoque & eſſe, & fieri, etiam propter tales cauſas, quales eorum, quæ nunc dicta ſunt. Item, ſi ſpecies numeri ſunt, quomodo erunt cauſæ? vtrum quoniam ipſa entia, ſunt diuerſi numeri? vtputa hic quidem numerus homo, hic verò Socrates, hic autem Callias? Cur igitur illi his cauſę ſunt? Etenim ſi hi quidem æterni, hi verò non, nihil dif-
D fert. Quòd ſi quoniam proportione numerorum hæc, aut cõſonantia, patet, quòd vnum quiddam erit, quorum proportiones ſunt. Si igitur hoc materia eſt, manifeſtum eſt, quòd ipſi etiam numeri proportiones cuiuſquam alterius ad alterum erunt. Dico autem, vt ſi Callias proportio eſt, in numeris ignis, terræ, aquæ, & aeris, & ipſe homo aliquorum aliorum ſubie-
E ctorum erit: & idea numerus, ac etiam ipſe idealis homo, ſiue aliquis numerus ſit, ſiue non, erit tamen proportio in numeris aliquorum, & non numerus: & propterea nullus erit numerus. Item, è multis numeris, vnus numerus fit: ex ſpeciebus verò, quomodo ſpecies vna? Quòd ſi nec ex his, ſed ex numerabilibus, vt ex decem millibus, quomodo ſe habent vnitates? Siue enim eiuſdem ſpeciei ſunt, multa inconue-
F nientia ſequentur: ſiue non eiuſdem ſpeciei, nec eædẽ inuicẽ, nec cęteræ omnes omnibus, in quo different, cùm impaſſibiles ſint? Hæc enim nec rationabilia ſunt, nec intellectioni cõſentanea. Itẽ neceſſe eſt aliud quiddam numeri genus ponere,